Ce jugement, quoique confirmé successivement par les archevêques Pierre I[er], vers 1135, Humbert II, de Bâgé, vers 1150, Guichard, vers 1170, et Jean-aux-blanches-mains, en 1193 (1), n'eut pas pour résultat de rétablir la paix et la concorde entre les deux églises. A la fin du XIIe siècle, les clercs de Notre-Dame n'avaient pas encore renoncé à leurs prétentions. Enfin, de graves injures envers les chanoines de Saint-Paul, de fréquents et sérieux désordres, le relâchement des clercs, dans les

---

nopolitanus, consilio procerum et majorum Lugdunensis ecclesie... Judicatum est ne clerici de hospitali presumant amodo pulsare signum ad matutinas, nec portas aperire, donec apud Sanctum Paulum pulsetur signum matutinarum laudum... Missam autem suam non incipiant donec finiatur missa matutinalis ad Sanctum Paulum... Parrochianos Sancti Pauli, vel eos qui in parrochia Sancti Pauli commorabuntur vel hospitabuntur, non presumant infirmos visitare, vel mortuos sepelire, nisi illos de hospitali. Eisdem parrochianis vel prefatis viatoribus non cantent tempore adventus Domini, vel quadragesime vel jejuniorum sive vigiliarum, vel dominicis diebus, sive festivitatibus que apud nos coluntur. Interdictos quoque parrochianos Sancti Pauli, vel qui justiciam ecclesie ejusdem subterfugerint, omni tempore obiciant... Processionem in qua crucem ferant non facient, exceptis Rogationum processionibus, ita videlicet ut ordinatim et honestè cum canonicis Sancti Pauli incedent, nec usque ad quartam feriam, in qua ipse consummantur processiones crucem, ad ecclesiam hospitalem referant, sed in ecclesia Sancti Pauli custodiendam dimittant. Ex auro vel argento, quod eis datum fuerit, crucem vel turibulum sive quodlibet ornamentum non faciant, sed consumant atque expendant ea in usus pauperum, vel si forte voluerint, in emptionem bonorum et possessionum domus hospitalis. Si quod vero ornamentum argenteum seu aureum attributum eis fuerit ab aliquo, reponant in thesaurum ecclesie sue. Scolas non regant, nec plures quam V clericos in domo sua ad habitandum recipiant, etc. (Arch. départem., tit. S.-Paul, Saunerie, chap. 1 ; *Obituar. Lugd. eccl.*, p. 173.)

(1) Ibid. et *Obituarium S. Pauli*, p. 61.